

rationabiliter debeat steteri fm utilitatē  
quā offert aut offerre potest ecclesie. r/utra  
hoc beneficiū aliud assumit/ ipe cum hoc  
peccat q/ p ambitionē accumulat sibi no-  
uum onus ministrationis. que nunq/ aut  
vir fit sine piculo infidelitatis alicui? Hā  
nunc querit inter dispensatores vt fidelis  
quis inueniat. Qd si pdige dispgat bona  
bmōi/ in alios vsus aut auare retineat. ipe  
vtra scandalum qd alijs dat/ profecto pec-  
cat grauiter. r/ nō minus sepe q/ sacrilegus  
Sed q/ ad restitutionē teneat/ nō auderē  
diffinire. r/ hoc ppter illam obligationē va-  
gam r/ incertā/ tam in bonis q/ in psonis.

**S**imiliter nō estimo certū esse quo ad  
secdam questionē q/ ecclesiastici nō facien-  
tes seruitiū ppter qd datur beneficiuz/ et si  
grauiter peccent/ ad restitutionē sunt a stri-  
cti. Scio tñ q/ tutius esset apud tales. vt d  
cetero vel renunciarent pluralitati benefi-  
ciorū suoz. vel parcius viuerēt solito. qua-  
tinus in aliquo/ priores infidelis dispen-  
sationis offensas/ delere valerent. Ita lo-  
cum hic habet illud Aug. consiliū. Tene  
certū. dimitte incertū. **I**ta deniq/ cōclu-  
damus nū ex priorib/ causis. cum noiatiū  
et hac radice/ illam quā ab initio posuim?  
cōclusionē. expediētius scz esse platiū decli-  
nare ad parciatē r/ austeritatem vite in ci-  
bis r/ potib/ r/ c. et non erubescere paupra-  
tem christi. q/ laxare in his frena r/ homi-  
nibus secularib/ cōformari. Tm modo be-  
ne viuat. In alijs affirmo q/ paupras r/ vi-  
litas/ eum magis exornabit r/ honorabit/  
q/ alios sua prodigalitas atq/ superbia.

**Finis.**

**I**ncipit sermo ei?  
dem de vita clericorum. habitus tpe qua-  
dragesimali ad clerum.

**P**enitemini r/ credite euange-  
lio. **P**arci primo. Euange-  
liuz hodiernū cui credi opoz-  
tet/ sub tali fine cōclufit xps  
vt diceret. Qui se humiliat  
exaltabit. Quid aut aliud est penitētia q/  
humilitas vera sub deo. placationē ei? po-  
stulans cū venia delictoz? Penitemini er-  
go. hoc est humiliamini sub deo offenso. r/  
ab eodē placato exaltabimini. Ita enī cre-  
dere euāgelio equū est. qm qui se humiliat  
exaltabit. Qui se humiliat in curia penitē-  
tie. exaltabit eū curia misericōdie. qm si u pexal-

tat misericordia iudiciū. Damnati quidē  
sumus nos peccatores coram iusticia. ad  
miam appellare fas habemus q/ diu viu-  
mus. tādū enī sedē tenet eadē mia. Qd si  
aduersarius et accusator noster diabolus  
quolibet obniti voluerit. habemus te pa-  
trouam clementissimā. te aduocatā sapien-  
tissimam te auxiliatricē potentissimaz vir-  
ginem matrē. que ab omni ecclesia regina  
mie et aduocata nostra conclamaris. Si  
igitur regina mie es sicut es. tuū est causaz  
misericordie tueri. r/ curie sue iura illibata  
seruare. Est aut ius curie hui? vt qui veit  
ad eā nō eijciat foras. sed ab accusatōe sua  
subleuetur absoluatq/. **E**cce patres r/  
fratres quanta nobis fiducia est de salute  
et exaltatione nostra si p penitētie appella-  
tionem ad mie forū/ causaz nre prauitatis  
iam a iusticia rite dānatā deducimus. De-  
ducim? aut si nosmetipos accusam? iudica-  
mus r/ dānam? Si nosmetipos iudicare  
mus inqt apls nō vtiq/ iudicaremur. Si  
iudicarem? penitēdo/ nō iudicaremur pe-  
nam patiēdo. Nolum? certe damnari. ecce  
vnicū post peccata pater effugiū. Confu-  
gam? ad curiā mie. ad illā penitētia nos  
deducet vbi p aduocata r/ patrona sorozē  
nostrā habem? r/ matrē iudicis nostri. qui  
spernere nos nō poterit. qm ipse caro nra  
et frater est. Hanc matrē ad eam p impe-  
tratione mie. Et vt de penitētie humilita-  
te p nostra exaltatione viuaci fructuosoz  
sermone loquamur. supplicem? et dicam?  
illud angelicuz. Ane gratia plena domin?  
tecum. **P**enitemini r/ credite euangelio  
Noiatim huic euangelio. Qui se humili-  
at exaltabit. Qui se humiliat p penitētiā  
exaltabit p gratiā r/ gloriā. **V**iri ptes et  
fratres. Et si solū dñi nri Ihu xpi imperi-  
um/ subditis suis omnib/ (et quidem om-  
nia sibi subiecta sunt iure creationis. repa-  
tionis et conseruationis) satis esse debeat  
ad obediendū sibi/ vt agant dignos peni-  
tentie fructus. penitemini ait. nihilomin?  
appropriate ad psonas nostras q/ ecclesia  
stice dicimur. r/ quas sermonis nri tenui-  
tas pmonere nūc accepit/ assumi posse vi-  
deo psuasionē nostrā ad penitendū et tri-  
bus more oratorio. A statu psonē. a loco.  
a tpe. Ita enī agere Licero. ita Aresto. et  
oratores ceteri docuerūt. Scdm que tria/  
tripritā sup penitēdi necessitate/ orationē  
pexemus. **P**rima quidē argumētatio

LLS

B

## Sermo de vita

a statu persone sumetur. Tales nos esse considero viri patres et fratres. tales et in tali nos esse gradu statuque conspicio/quos oportet penitentiam agere. non pro peccatis nostris tantummodo. sed pro delictis alienis. Aliorum quippe peccata comedimus. aliorum quippe culpas bibimus. aliorum defectus calciamus et vestimus. Peccata populi mei comedunt. **N**on sit cuiusque admirationi quod dicimus quoniam ita fit/dum elemosinis aliorum talia nobis comparamus. cibos potus alimentum. Que nimirum elemosine ideo date sunt: ut penitentiam pro conferentibus et satisfactionem deo faciamus. Status ergo non statim penitentium est. eorum scilicet qui vltro semetipsos ad penitentiam obligaverunt. Quod si quis inter nos aliter sentit/ ille proculdubio proprii status et gradus ignarus est. quia ipsum tanto magis penitere convenit quanto minus penitet. et quanto magis esse sibi penitendum dissimulat vel ignorat. **H**anc tamen veritatem plane durissimam. sed tamen predicandam et cognoscendam/ multi in statu nostro in statu ecclesiasticorum/ vel dissimulant vel ignorant vel sacrilega impietate contemnunt. alioquin nunquam tanta auiditate. nunquam tali precipitatione improuida inhiarent ad elemosinas tales quas beneficia nominamus. vel dignitates vel officia. quibus annexa est talis obligatio pro alijs penitendi et satisfaciendi. cum tamen pro nostris satisfacere delictis vix sufficiat vita nostra et vltima sufficiat. Hinc quanta est demerita hominem tot culpis proprijs obnoxium pressum et obrutum/ suscipere (imo rape modis etiam indebitis) alienas offensas. et super ceruices debiles apponere. Hoc quippe fit (ut dicimus) dum beneficia beneficij cumulamur. nam pluralitas beneficiorum ex elemosinis fundatorum ad penitentiam pro pluribus faciendam astringit. Hinc vero heu cecitas heu infania/ nos his obligationum vinculis seruitutibus specialibus/ misera colla subiicimus. quasi non iugum graue satisfaciendi pro alijs sed libertas et absolutio videatur. **A**ddamus adhuc/ quod status noster status ecclesiasticorum/ penitentiam in exemplum prouocatiuum aliorum ad penitentiam. quasi vel liber vel speculum vel imago penitentie. Quod si pro penitentia legatur in nobis petulantia. pro contritione destructio et dissolutio. pro satisfactione irritatio dei et viciozum omnium accumulatio/ nos tot damnationibus digni reddi-

mur. quot homines nostris exemplis corrumptissimis seducuntur. Si damnandus est qui seipsum spontaneo peccato depravat nunquid non ergo damnatior qui multos secum in interitum trahit rapit et deicit. **R**ursum statui nostro/ comes esse debet sacra scientia. hoc est sacrorum et sacramentorum noticia qualis cognitio/ absque penitentia nec perfecte cognosci nec efficaciter tradi potest. Nec quippe illa est sapientia aut pars est. de qua bene enunciatum est. quod in maliuolam animam/ non introibit sapientia. nec habitabit in corpore subdito peccatis. Itaque sacerdos quilibet/ angelus dicitur. quoniam dei nuntius esse debet ad populum quilibet in gradu suo. et legem eius scilicet dei ab ore eius requirent. **D**edit illis reges gentium inquit propheticus sermo. et labores populorum possederunt. ut custodiant iustificationes eius et legem eius requirant. Non dedit nobis dominus laborem aliorum ut in sudore vultus alieni/ vescamur panem nostrum. et nihil inde officij nihil suffragij. nihil satisfactionis impediremur pro ceteris quam suis nos laboribus alunt alueruntque. Quanto minus ista data sunt. ut luxurieris superbe in pompis equis familiaribus. fedissime in meretricularum lenocinijs. Non preterea promissa sunt ut comestiones crapulosas et sumptuosas in ocio dissoluto/ cum maxima temporis assumptione et operatione corporis ac animarum/ quotidie sequeremur. Denique ut ditaremur carne et sanguine. imo quicquid carnos et sanguineos homines/ de bonis pauperum. de patrimonio crucifigi. Sed ut custodiamus iustificationes domini et legem eius inquiramus. Custodiamus inquit non diffamemus. dissipemus. irrideamus laceremus iustificationes domini. Et legem eius inquiramus non tradentes nos nostrisque institutionibus mundi et legibus Justiniani. sed legi domini que immaculata est couertens aias et sapientiam prestans paruulis. glosa humilibus quales sunt penitentes Penitemini ergo **P**ostremo moueat nos qui dicit. quanto gradus altior (qualis est noster qui sacerdotes dicimur. et qui genus electum regale sacerdotum christi domini. imo et dei nominamur) tanto casus grauior. consona ad illud satyricum. Omne animi vitium tanto conspectius in se crimen habet/ quanto qui peccat maior habetur. Porro si casus noster grauior/ consequens est ut resurrectio per

penitentias. fortior exigatur. ¶ **C**onclamo igitur precor et obtestor per euangelium sacratissimum domini nostri Iesu Christi. Penitemini et credite euangelio. quoniam qui se humiliat per penitentiam exaltabit ad gloriam. Hoc modo status noster status ecclesiasticus urget nos magnis et certis rationibus penitere. si non obtinuerimus. si non omnino perditum et christiana religione abalienati sumus. ¶ **R**ursus compellit ad idem. locus ipse materialis in quo conuersamur: qui locus est ecclesia. Comonebat preteritus nostre orationis ordo: ut similiter ex loco in quo conuersamur qui locus est materialis ecclesia/robore eidem orationi nostre donaremus. Sed multis questionibus agitat animus ex his que dicta sunt. ¶ **U**na si ecclesiastici non penitentes pro seipsis proficiant alijs pro quibus eos dicimus ad satisfaciendum obligatos: Videtur quod non per predictum. et per illud Gregorij. Luz is qui displicet ad intercedendum mittitur irati animus ad deteriora puocat. ¶ **A**lia. si ecclesiastici non penitentes pro alijs faciunt bona ecclesie sua. et si ad restitutionem obligantur: videtur enim quod contra donantium intentionem bonis illis abutuntur. nec laborant in vinea domini. nec denarium habere merentur. ¶ **A**ltera si ecclesiastici omnes tenent ad studium legis diuine. videtur quod sic per predicta quia ideo dedit illis deus regiones gentium et la. po. pos. ut cu. iusti. eius et legem eius exquirant ut dictum est. ¶ **A**d opposita istorum omnium est argumentum. quia talia dicere est partem ecclesiasticorum longe maiorem ponere extra statum salutis. eaque damnationis ream affirmare. ¶ **A**liæ questiones sunt. ut si licet ex bonis ecclesie aliquid sibi retinere ultra id quod dicit apostolus. Habentes alimenta et quibus tegamur his contenti sumus. Videtur enim quod residuum est ecclesie et pauperum. quale auferre sacrilegium et impium dicunt Hieronymus. et Bernardus. ¶ **A**nnera est huic questio. De ditratione parentum ex bonis ecclesie. De collatione beneficiorum indignioribus. De multiplicatione beneficiorum ultra decentem sustentationem persone occupantis. De intrantibus distributiones ex solo introitu ad horas. De dantibus se totos ad practicationes seculares et quandoque ad turpes questus. Et similes multes. que omnes dissoluere breuitas affectata reclamat. Sed quatuor considerationes qua-

si totidem clauis pro apertione faciliori placet afferre. ¶ **P**rima consideratio. Ecclesiastici qui non penitent sed computrescunt in peccatis suis nullum opus faciunt apud deum. pro se vel alijs acceptum sibi ad consecutionem vite eterne. pro quanto fructus suorum operum talis ex corrupta radice procedit. que radix est eorum voluntas deprauata. Elongantur quoque magis et magis a deo. quoniam quanto longe a peccatoribus salus. Hoc intendebat dominus cum ait. **B**enedicam benedictionibus vestris. et filia plurima in hanc sententiam. ¶ **S**ecunda consideratio. Ecclesiastici quamuis impenitentes implentes tamen ea que ex institutione beneficiorum suorum iniuncta eis sunt. in bonis dicendis. et similibus. ipsi faciunt fructus beneficiorum esse suos. saltem apud homines nec ad restitutionem obligantur. Obligantur tamen in foro conscientie/ aliter recompensare benefactoribus et fundatoribus suis. presertim faciendo sibi amicos de manu iniquitatis. ut per alios suppleant redemptionem et satisfactionem/ quam ipsi sine gratia permanentes/ insufficienter agunt. Valent preterea huiusmodi beneficia/ non ex virtute personarum. quoniam tales supponuntur esse in peccato mortali et per consequens dei hostes odiosi. sed ex persona totius ecclesie. et ex offerentium deuota pietate valorem suscipiunt. qualem et quantum nouit deus. ¶ **T**ertia consideratio. Plus congruit ecclesiasticis noticia sacre legis quam alia. et multum ipsa est de necessitate precepti. sed magis et minus/ pro diuersitate officiorum curarum atque dignitatum. Curati nominati tenentur scire precepta dei: et articulos fidei in quodam generali pronuntiando subditis. Materiam insuper de sacramentis ecclesie. prout in communi usitata practicatur et versatur. ut de modo baptisandi. de modo audiendi confessiones. et interrogandi. et docendi. et absoluendi. et penitentias iniungendi. de modo matrimonium contrahendi. de modo sacre vinctio nis. et de instructione illius qui laborat in extremis et si que sunt talia. Curati per his sciendis si non laborant vel studendo vel audiendo/ an sint in statu salutis. ipsi viderint. ego non estimo. ¶ **Q**uidam tractati super his communibus/ confecti sunt. Quos saltem habere deberent tales ecclesiastici. quoniam nec sumptuosi sunt in

## Sermo de vita

transcribēdo. nec dispēdiōsi ⁊ dīcīcīles īn  
īntelligēdo. De plāns vērō q̄ absēntes sūt  
nībīl hīc dīffīnīō. quē ad mōdūm patī esse  
debent ad faciēdūm ⁊c. ¶ Quarta cōn  
sideratīō. Intentiō ecclēsīasticōrū īn om  
nībūs sūīs actībūs debet esse dīuīnūs hō  
nōr ⁊ eius obsequiū. ⁊ consequēter ex īncī  
dentī ⁊ quasi accessōrīe īpī possunt tempo  
ralīa dēsīdērārē ⁊ adqūīrērē pro sustēntatō  
ne dēcentī suorū statūū. dēcentē īntelligīte  
statūm prout sapiēns iūdicabī. ⁊ nō pro  
ut ambītiō vel auarīcīa suadēbīt. Iuxta q̄  
consideratīō datur rēgula consequēter  
ad sciēdūm sī īn celebratīōībūs mīssarūm.  
sī īn hōrīs lucrātīōīs. sī īn alijs opībūs sūīs  
īmo et sī īn multiplicatīōe beneficiōrū  
īpī ecclēsīastici sūt symōniaci. v̄l symōniā  
aut turpī lucrō notāndī. Descēdērē autē  
ad sīngula omnīnō dīffīnīēda/ neq̄ faci  
le est neq̄ possībile sub certā rēgula. p̄pter  
varīetātē cīrcūstāntīarū. ex quībūs/ iu  
rīs varīatīōnem scīt nēmō.

**R**ura dīcī potuerāt. sed īnterīm cō  
tenti ⁊ ad secūndā nōstrē exhorta  
tīōnis partē trāscēntēs/ ostēda  
mūs ex loco īn quo sumus/ cōgruītātē  
penītēdī. ¶ Locus nōstēr vīrī patres et  
fratres locus ecclēsīe materialīs īn quo frē  
quentīus cōuersāmūr/ nos ad mōnēt sī nō  
obsūrdescīm⁹ v̄t obedīamūs dīcentī xp̄o.  
Penītēmīnī ⁊c. Quāq̄ enī vallis hēc mī  
lerīe/ locus sīt vniuersālītēr fletus ⁊ penī  
tēntīe/ vbi tānto magīs flēdūm esse dīcīt  
Aug⁹. quāto mīnus flētūr. nībīlōmīn⁹ tē  
plōrum locus/ suā quīdē religīōne ⁊ qua  
lītātē cōmōnērē facīt v̄t penītēam⁹. Quid  
ītaq̄ aliud vīdētūr p̄dicārē īmagīnes om  
nes īn ecclēsīa ante quāq̄ersū. supra. sub  
tus. ⁊ īn laterībūs. cantus īn sup ⁊ pulsus. ea  
quōq̄ quē legunt ⁊ sūt omnia. nīlī leu  
mūs sursū corda. ⁊ nō mētīamūr respō  
dētēs. habēmūs ad dñm. Leuārē autē  
sursū corda nequēcīt sane īpī peccātōrēs  
sīne penītēntīa. ⁊ magna penītēntīa. ¶ Ha  
bent sēcularēs hōīes sēu mīlītārēs sēu ple  
bei/ loca suā/ īn quībūs exercēt. plēna mul  
tīs spectaculīs. vanītātībūs. ⁊ īnsāntīs fal  
sīs/ quē penītēntīā nō solū nō īncītāt  
sed p̄turbāt. Vīdē forā negociōsā/ abun  
dārē īnfīnītīs perīurīīs. fraudībūs. mur  
murībūs īncōndītīs. clamōrībūsq̄ dīssō  
nīs. Vīdē curīas patrocīnātīūs. īntra q̄  
les/ nōrā lītīgāntīū magnīloquas līnguas

a curas et instructas vt narrent fabulatio  
nes sed non vt lex tua domine. De curijs  
curialium quid aliud dicturus sum/ quaz  
quia tote cure sunt. et tote cure vanissime.  
nec cure celestes. sed plerunq; scelestē. Nō  
discram per sīngula talīum loca quōrū  
plurīma a sanctīs doctōrībūs mērītō īn  
terdīcīta sūt eis quī penītēntīam salubrē  
īntēgro animo peragērē mōlīuntūr. ¶ Ac  
uērō nos ecclēsīasticōs cōntīnēt locus sā  
cerrīmus. locus religīōsīssīmus. locus to  
tus penītēntīe salubrīs prouocatīōūs. sī  
tāmēn īn eo nō manēm⁹ sicut bestīe. īgnā  
rī mīstērīōrū omnīum quē fīnīt et cer  
nuntūr. Sī p̄tērea corpore īstīstēte īn  
ecclēsīa/ nō sīt animus īn patrīs. sicut ē  
apud Terēntīam. Sī dēnīq; nō facīm⁹  
de domo oratīōīs/ domūm negociatīō  
nīs et spelūcam latrōnū. Quo pacto  
fīt. Lerte aut cogītādo aut garrīendo sē  
cularīa. aut dīstrībutīōēs dīuīnas tāq̄  
nobīs quī nō eas lucrāmūr īndēbtas fur  
tīue rapīēdo. furtīue dīxērīm īudīce deo.  
et sī nō mūdo. quī sī eos solūt. nō tā  
mēn absolūt. ¶ Leterūm crux et crucīfī  
xus/ nōnē loquuntūr v̄t penītēntīā agā  
mūs. cum tālem īpsūm chrīstūm ante oc  
los statūāt. quo nūllus v̄nq; acerbīus do  
lūt. nō pro suorū sed pro nōstrozūm  
satisfactīōe peccātōrūm. ¶ Sanctōrūm  
rursū sanctarūmq; īmagīnes īdem sūā  
dēt. īngērētēs mēmōrīe nōstrē q̄ p̄ mul  
tas tribulatīōēs opōrtet nos īntrārē īn  
regnūm dēī v̄t īpī ⁊c. Dēnīq; tūmbarūm  
sculptūrē. magnīs nos vocībūs et lamē  
tīs/ ad penītēntīam prouocārē nō cessāt.  
īngērētēs quīd īllī sūt. quīd fuerunt. qd  
de nobīs mēruerunt. quīd exīgunt v̄t sū  
um/ quōrūm corpōra īncīnērātā/ tēgīt tel  
lus. ¶ Sī ad hōs omnes et sīmīles assī  
dūe clamōrēs nequāq; āpērīmūs aures  
mētīs īntīmās/ nō īām sūrdastrī sed sūr  
dī sumus. īmo īpīs quās īntuemūr ⁊ cal  
cāmūs īmagīnībūs atq; sīmīlacrīs assī  
mīlātī sumus quē habent aures et nō ā  
dīunt. Quid de īpso sacrosāctī dōmīnīcī  
corpōrīs sacramētō sātīs v̄nq; dīctūrus  
sūm. malo nūnc sīlērē q̄ pauca dīcērē. Vē  
īllīs quī abutuntūr eo ad cumulūm pec  
cāndī/ quōd sīngulārītēr datūm est ad āu  
xilīum subleuāmēq; penītēdī. Vī sūt īn  
dīgnī tractātēs īllūd. quōs sub quēstīōne  
terrībīlī īncēpat dñs p̄r p̄phetām. Quid

est q̄ dilectus meus fecit in domo mea se-  
lera multa. ¶ Nō nos ita viri patres et fra-  
tres. sed in loco tali tanq̄s diuino et celesti  
audiamus vocem dñi imperantis vt amo-  
tis calciamentis nostre vetustatis p̄ peni-  
tentia. suū est enī hoc officium stem̄ in ter-  
ra hac que sancta est dicentes cum Jacob  
Terribilis est locus iste. non est hic aliud  
nisi domus dei et porta celi. Etenim domi-  
nus est in loco isto. et nos. ergo sancti su-  
mus qui habitamus in sancto quibz dei  
gratia concessit. si non abutimur. illa vota  
prophetica. Unaz petij a domino hācre.  
vt inha. in domo domi. Et rursum. Quā-  
dilecta tabernacula tua domine vir. etc. Et  
iter. Elegi abiectus esse in domo dei mel-  
ius. Ad quid? Ad penitendū p̄cipue. Peni-  
temini ergo. ¶ Circa hec quadruplex oc-  
currit consideratio moralis. ¶ Prima sā-  
cius est et deo placentiū et fructuosi⁹ re-  
gulariter orare deum in templis et locis si-  
bi dicatis q̄s in alijs. Valoz quippe oratō  
num ibidem factarum cumulatuz et ora-  
tione generali et loci maiestate. ex qua fit  
deuotionis maior incitatio. Propterea  
nō absq̄ grandi ratione sedula religio pa-  
trum nostrorum/particularia oratoria ye-  
rabat. presertim pro missis celebrandis.  
¶ Dicit in consideratione regulariter. quo-  
niam accrescere valor ipsis orationibus  
aliunde q̄s ex loco sancto posset. ¶ Secū-  
da consideratio. Omnis blasphemia/que  
attribuit deo vel sanctis eius/indigna vel  
turpia/ vel verba vel facta vel signo/ tan-  
to execrabilius fit in ecclesia quāto locus  
plus sacer est. Que blasphemia/ si fiat sub  
ludi specie/ debet auctoritate per superio-  
res seriose reparari. Nec cōsuetudo ad op-  
positum alieniat imo aggrauat. quia ve-  
rissime corruptela est. et sacrilega corru-  
ptela. que in caput superiorum redunda-  
bit. si non pro suo officio remediare cura-  
uerint. maiori quidem animositate quam  
pro suis tēporalibus decertarent. ¶ Ter-  
tia consideratio. Una ex causis quare ec-  
clesiastici mali et impenitentes/ pessimi  
sunt supra ceteros ( prout sepe expertum  
fuisse testatur Aug⁹. et tempora mea idem  
monstrant ad oculum ) assignatur conue-  
nienter. quia tales ipsi deo magis ingrati  
sunt dum abutūtur eis omnibus que eos  
ad penitentiam prouocare debuerāt. Om-  
nia enim remedia pro sua correctione vt

sunt exempla sanctorum et predicationes  
etc. conuerterunt in fastidium et contem-  
ptum ex continuo auditu et visu. adeo vt  
tandem se esse credant sapientes et prudē-  
tes p̄re alijs monitoribus suis. quoniam  
impinguati sunt incrassati dilataci. ideo  
dereliquerunt deum factorem suum etc. et  
humilitatem nostre religionis et suorum  
promulgatorum/ ponunt in abominatio-  
nem sibi. Qualis igitur spes salutis eē po-  
test. vbi que fuerant remedia/ couertuntur  
in nauseam et venena? ¶ Quarta conside-  
ratio. Affectiones peruerse que separant a  
deo/ damnabiliter fiūt vbiq̄s. damnosius  
in ecclesia. Alegociationes preterea secula-  
res/ fiebant olim in templo hierosolymita-  
no displicibiliter christo. hoc ex suo zelo  
subuertente cathedras numulariorum ap-  
paruit. Hunc displicibilius fiunt in tem-  
plis suis. in quibus mysteria magis spiri-  
tualia/ conuenit celebrari. Nec de secunda  
parte sermonis.

**P**ostremo fas  
nobis est/ non solum ex statu p̄-  
sone/ nec ex loci qualitate corro-  
borationem addere nostre ora-  
tioni/ pro persuadenda nobis penitentia  
vt iam fecimus. sed etiam tertio ex tempo-  
ris qualitate. ¶ Dm̄itto q̄ tempus omne  
vite misere huius et erumnose/ tempus lu-  
gendi est/ tempus q̄s penitendi. Non lo-  
quor d̄ tempore hoc quadragesimalis ab-  
stinētie/ quod intrauimus. quanq̄s mul-  
ta dici ad rem competere. Tum de ieiunij  
nūq̄s/ qua obseruatione complenda sunt  
et qui sunt quos pia necessitas excusat.  
Quali insuper delicti obnoxij sunt eccle-  
siastici transgressores et fundatores hu-  
iusmodi ieiuniorum. Tum preterea de ie-  
iunio quadragesimario christi quali quali-  
terq̄ fuerit completum virtute. ¶ Suffi-  
ciat ad dolendum lugendum penitendū  
q̄s continuo/ aspectus huius temporis  
imo huius tempestuose etatis nostre. in  
qua regnat luctuosissimum absq̄ exēplo  
imo nullis vnq̄s luctibz equanduz scisma.  
quod nō vetustate cōsumit vt omnia. sed  
in dies/ altius radices malas agit. et tanq̄s  
fama monstrum horrenduz in dies vires  
adquirīt eundo. Expectauimus pacē de-  
plorat propheticus sermo. et ecce turbatio

## Sermo de vitā clericorū

Sic ecclesia insanabili quodā cancro depascitur egrescitq; medendo. Sic suā bydram panitur que ex successione fecundior fit. Ipsa insuper minoraturus vix egressibili laborinto circūdatur. et more ferarum habet in rete pedes suos. ¶ Numquid nō igitur tempus tale est in quo penitere et dolere cum ingenti gemitu et plangore assiduo cum lacrimis et rugitu coartamur nos ecclesiastici et dicere. Tu exurgens domine misereberis syon. quia tempus miserendi eius quia venit tempus? Et iterū. Tempus faciendi dñe dissipauerūt legem tuam. legem charitatis vnionis et pacis. ¶ Prima cōsideratio. In omni tempestate grandi et internecione/ vbi primū incipit a sanctuario dei saluberrimū est/ iuxta Ezechielis visionem/ signari signo ihau in frontibus. Illi quippe soli saluantur sic signati. Quale signū illos solos accipere notat p̄dicta visio qui gement et dolent super cunctis abominationib; que fiunt. hoc autem per penitentiā fieri p̄spiciū est. Ubi vero magis inceperit ira dei a sanctuario suo q̄ hoc tempe misero quis legit quis audiuit? Penitemini ergo. ¶ Secunda cōsideratio. Quoniam facta est scissio ita vniversalis in corpore mystico et peccatis singularium p̄sonarum et eorum pueris moribus quomō fit in corpore vero dissolutio eius et vitio morbidō partū et corruptis humorib; sequens est vt penitentiā medicina primū recipet in membris sanitate. p̄sertim cum videat hic esse digitus dei. cui humanū auxilium quasi penitus deesse sentit. Quapropter impetrandum est diuinum. testimonio Iosopbat. Que impetratio nō melius q̄ per penitentiā humilem acquirif. Quoniam sicut exaltatio ambitiosa et perdita multoz ecclesiasticorū tam feda abiectio humiliavit ecclesiam/ ipa si queritur rursus exaltari vt per penitentiā humilem hoc fiat necesse est Penitemini ergo. ¶ Tertia cōsideratio. Reuerentia pia ad matrem viget plus q̄ alias in filiis/ tempore necessitatis et cōculcationis sue. vt humiliantur et doleant et penitentie signa demonstrant. p̄sertim vbi per talia/ miserabilibus eiusdem matris necessitatibus subueniri conuenit. dū singuli filiorum singula merita sua/ sicuti quasdam donationes et redemptiones cōferunt in commune ad redemptionem ma-

tris captiuare. Sic est in presenti tempore. Penitemini ergo. ¶ Quarta cōsideratio. Scisma p̄sens/ non impedit veram penitentiā imo magis ad eandem faciendam animat et inducit tanq; ad primum antidotum et medium pro portu salutis attingendo. Scio tamen nōnullos hinc inde posse inquietari a scrupulis et questionib; plurib; super casibus reseruat. et sup potestate clauū. et alijs p̄p̄tatis nodis quib; scisma p̄sens respersum est. Scio nihilomin⁹ responsum factū eē anthonio. q̄ sola humilitas omnes diaboli laqueos secura p̄terfugit. Humiliatus sum et liberauit me inquit p̄pheta. Nulli vero absq; penitentiā datur post peccatum talis humilitas que rursus exaltet. Soli igitur bene penitentes securi sunt. q̄ sobrem penitemini. ¶ Hec fortassis sufficere poterant de necessitate penitentie nostre/ nisi reuerentia euangelij hodierni cui credi oportet. et q̄ appropriate de ecclesiasticis loquitur/ cogeret nos sua maiestate vt aliquid dicerem⁹. nec ipm nostro silentio indigno transirem⁹. ¶ Itaq; euāgelicus sermo. xxiij. c. Dat. vnde euāgelij hodierni cōscriptū est/ loquens in p̄sona xpi ad phariseos et scribas sui t̄pis/ notat in speciali. sub reprehensionib; quatuor. et octo maledictionib;. a quib; debent ecclesiastici p̄cauere. vt increpatio maloz. bonozq; sit instructio. et vt sup malo cognito/ penitentiā salubrior fiat. ¶ Prima rep̄b̄sio est dicere bona et non facere. hoc enī quid aliud est q̄ se propria voce damnare et talem esse cui merito dicat dñs. Ex ore tuo te iudico serue neq;. Videre autē patres et fratres quāto amplius est delictū. neq; dicere bona neq; facere imo dicentibus atq; facientibus modis omnibus serio et ioco clam et palam cōtrariari. ¶ Secūda rep̄b̄sio est onerare subditos duris et multiplicatis ponderib; p̄ceptorū et penarū. digito autē suo nolle ea mouere. Quo in loco culpant illi ecclesiastici qui ex cōmūcationū et vexalium et maledictionū sententias accumulāt supra merita. quo fine/ ipi viderint et q̄ confone ad euāgelicā libertatem. ¶ Tertia rep̄b̄sio est hypocrisis et supstitiosa in habitibus. quibus sanctitatem aut religionem p̄ferunt. qualia intus horrent et fugiunt ipsi taliter induti/ qualiter induimur nos ecclesiastici omnes

diuisi a populo. precipue dum in ecclesia ministramus. Sed sepe mentiuntur he vestes. dum aliud monstrant extra. aliud regunt intra. exterius sanctitate interius vilitatem. **¶** Quarta reprehensio est ambire vanam gloriam. in locorum eminentia. et alto recubitu in cenis. in saluationibus popularibus atq; forensibus. in titulis et appellationibus. nomine magistri aut patris aut domini. in quibus omnibus corrupta affectio magis q̄ ipsa actio que de genere bona est et bene fieri potest inculpata. **¶** Potest enim aliquis omnia ista querere si status suus et vocatio exigat pro vtilitate rei publice et ecclesiastico honore. non pro singulari ambitione. Aliquis enim ex ecclesiasticis cur non fas habet alte sedere et saluari populariter. et appellari vel mater vel pater. vel dominus si non istis delectetur. Hoc est si non nomina t̄m et famam sed res et opera et officia per nomina designata querit et implet. non ad suam sed ad dei laudem magnificentiam et gloriam. **¶** Sequitur octo ve. **¶** Ut primus est claudere viam celi pueris moribus et exemplis. Hoc fit dum imperiti et simplices ex populo arguunt sibi licere ea que vident patres et pastores suos facientes. **¶** Secundum ve sub preterita longarum orationum viduas et simplices spoliare. A quo ve non immunes sunt hi qui obitus et seruitia multa in ecclesia pollicentur. et ea vel non exoluunt. vel impfecte ac negligenter exoluunt. **¶** Tertium ve traduci potest appropriate ad ecclesiasticos. querentes promotionem alicuius ad statum ecclesiasticum. vel contra eos qui affectu carnali vel alio faciunt eum pueris exemplis et moribus duplo filium gebenne q̄ futurus erat in statu seculari. **¶** Quartum ve contra malos interpretes p̄p̄i. et specialiter iuramentorum et votorum in quibus falluntur et fallunt ex sacerdotum ordine in confessionibus audiendis. **¶** Quintum ve contra eos qui decimas vsq; ad minimum esse soluendas decreuerunt et grauiora ipsi derelinquunt. Iudicium sc̄z misericordiam et fidem sicut apud quosdam in ecclesia plus puniretur transgressio vnus ceremonie et traditionis humane q̄ blasphemia in deum aut suorum preuaricatio mandatorum. **¶** Sextum ve inuidare diligenter id quod foris est in vasis quibus deo ministratur. vt est calix. et conscientiam

dimittere rapinis et immundicia plenissimam. Ut faciunt qui in conscientia peccati mortalis et in continuo proposito non relinquendi peccata sua neq; occasiones peccatorum ministrare presumunt. **¶** Septimum ve contra hypocrisim eorum qui sanctitatem fingunt extrinsecis signis. inter autem sunt hypocrisi et iniquitate. compati merito sepulcris dealbatis. Quod si culpantur hi qui mali sunt quo vituperio digni videntur qui peccata sua predicant gloriantes cum malefecerint et exultantes in rebus pessimis in p̄niciem et contagionem et scandala certa pusillorum. **¶** Quidam improperium dixit alius. Abi hypocrita. Cui acuta mordacitate respondit iniuriatus. Tu talis es vt nec hypocrita dici possis. Ita palam et in publico pueris es vt nullus fictioni locus relictus sit. **¶** Octauum ve est qui sanctis reuerentes esse videntur. colentes eorum sepulcra memorias atq; reliquias. ipsi tamen eos nequaquam imitantur in sanctitate. imo presentibus inimicantur et insidiantur qui sanctorum vitam atq; mores quesierint imitari. Ad que omnia ve subiungitur horrenda conclusio. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Domus hec domus erat synagoge. cui succedit domus ecclesie. quam iam pene desertioni vicinam inuenimur vt olim synagogas. Auertat hoc pius ecclesie sponsus Iesus christus. Auertat autem si fuerimus penitentes. si nos benigne intuitus fuerit et conuertet ad se. et tandem reponet in firmissimo habitaculo suo. ad quod nos perducere dignetur qui sine fine permanet in secula seculorum Amen. **¶** Finit.

**Sequitur item sermo eiusdem factus in cena domini pro humilitate. valde notabilis.**

**A** Deo exiit et ad deum vadit Originaliter Johis. xij. et in euangelio p̄ntialiter recitato. Nos et mei filii qui a deo exiimur pro peccati longe nimis. Quia longe a peccatoribus salus. vadamur nunc rursus ad eum pro ofonis et pie inuocatis gressum. mox aderit. quia ipse est dominus omnibus inuocatis eum in veritate. Cuius ofonis nunc mediatrix te constituemus o virgo beata virgo deo iunctissima. ad quam deus venit. et a qua secundum corpus exiit. Te nunc